



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1650

§. 1. Coniugibus quis honor debeatur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

CAPUT IX.

Coniugibus, Dominis, Benefactoribus, rerum peritus, & amicis honorem deberi.

§. I.

Coniugibus quis honor debeatur?

Ephes. 5.
25.

HOnos debetur coniugibus. Honorantur autem, si amantur. Et enim & amor, si signis externis prodatur, testimonium excellentiae eius, qui amat. Qua de causa & Paulus ait: *Vir diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea. Ita & viri debent diligere uxores suas, ut corporasue. Qui suam vxorem diligit, se ipsum diligit. Vxoribus autem quid dicit? Mulieres viris suis subditas sint, sicut Domino; quoniam vir caput est mulieris; sicut Christus caput est Ecclesia. Hæc sunt officia viri & vxoris; vir enim vxori amorem, vxor viro debet timorem & reuerentiam, quasi subdita. Non imitantur Christum mariti in uxores suas truculenti; sed qui prudentia, grauitate, & patientia commune onus ferunt, quemadmodum tñlit Christus peccata Ecclesiæ suæ sponsæ, quam sanguine suo expiavit; Neque officium*

benefactorib. rerum peritis , amicis debitus . 139

officium suum faciunt vxores , quæ audent
procaciter , & inuercundè maritis obloqui ,
quos deberent reuereri & cum reuerentia
alloqui , sicut Sara reuerita est maritū suum

Gen. 18.

Abraham , quem Dominum vocauit : aut si-

cat Monica honorauit Patricium virum in-
fidelem , de qua D. Augustinus Deum sic al-
loquitur . Educata pudicè , sobriè , potiusq; à Confes-
te subdita parentibus , quam à parentibus tibi , ô fion. c. 9.
Domine , ubi plenis annis nubilis facta est , tra-
dita viro seruinit veluti Domino , & sategit eum
lucrari tibi , loquens te illi moribus suis , quibus
eam pulchram faciebas & reuerenter amabilem
atque mirabilem viro suo . Secus agunt illæ
vxores , quæ dominæ vocari , & esse volunt
virorum suorum ; atq; vt dominantur , non
prudentem maritum querunt , sed recordē
& vxorium , ac stolidum , vt eum habere
possint sub sua potestate , eoq; tamquam
mancipio vti : cumq; alias mulierem ornet
silentium , illæ luculentè ostendunt , non
deesse sibi verba , quoties vir , sine illarum
nutu , pedem mouet . Vno verbo in illa do-
mo nec obedientia est , nec reuerentia , in
qua mulier & Imperator est , & miles . Hæ
quæ malunt dominari dementibus maritis ,
quam sanis ac prudentibus parere , teste

S. August.

lib. 9.

Confes-

sion. c. 9.

136 Cap. IX. Honor coniugibus, dominis,
Plutarcho, perinde faciunt, ac si quis initi-
nere malit ducere cæcum, quam sequi vi-
dentem, & viæ gnarum. Itaq; vir vxorem
debet diligere, vxor virum vereri. Sic S. Pau-
li, & verò etiam S. Petri suprà citato præ-
cepto fiet satis; sic coniugium erit honora-
tum. Ut enim corpus nihil potest absq; ani-
mo, neq; animus rectè valet, nisi corpore
incolumi, ita inter vxorem & maritum, ni-
si sit honor & amor, non est coniugium, sed
tormentum. Fusè de hoc argumento egi
in tractatu de faustis & inffaustis matrimo-
nijs.

§. II.

Seruos dominis suis honorem debere.

5. Quemadmodum Apostolus iubet mu-
lieres viris suis subditas esse, sicut Domino, ita
Ephes. 6, & seruis ~~icit~~: Serui obedite dominis carnali-
bus, cum timore & tremore in simplicitate cor-
dis vestri, sicut Christo, non ad oculum serui-
entes, quasi hominibus placentes, sed ut seru-
Christi, facientes voluntatem Dei ex anime
cum bona voluntate seruientes, sicut Domino
non hominibus, scientes quoniam unusquisque
quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Do-
mino, sine seruus, sine liber. Et vos domini ea-
dem facite illis, remittentes minas: scientes
quia